



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

SANCTI|| IOANNIS|| DAMASCENI OPERA,||

Johannes <Damascenus>

Parisiis, 1577

De consilio Dei: & quòd homines illud nec mutare, nec mente
co[m]prehendere quen[n]t. cap. liii.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71880](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71880)

A DE CONSILIO DEI: ET QVOD HOMINES illud nec mutare, nec mente comprehendere queant. CAP. LIII.

DOMINVS dissipat consilia gētium: reprobatur autem cogitationes populorum, & reprobatur consilia principum. Terribilis in cōsiliis super filios hominum. Multae cogitationes in corde hominis: consilium autem Domini in aeternum manet.

Quae Dominus decreuit, quis dissipabit? & manus eius extenta: & quis auertet eam? Hæc dicit Dominus exercituum: Quemadmodum dixi, sic erit: & quemadmodum mente tractavi, sic manebit.

Vbi sunt sapientes tui? Annuncient tibi quid decreuerit Dominus exercituum. Quis nouit mentem Domini? aut quis consiliarius eius fuit, & ostendit illi? Cum quo inuit consilium, & instruxit eum? Deus aeternus, qui construxit summitates terræ. Non esuriat, neque laborabit: & non est inuentio prudentiæ ipsius.

Ego sum Deus, & non est alius præter me. Omne consilium meum stabit: & omnia quæcūque proposui, faciam. Locutus sum, & adduxi: creauit, & feci ipsum. Verbum quod egreditur de ore meo, nõ reuertetur ad me vacuum: sed faciet quæcūque volui, & prosperabitur in his ad quæ misi illud.

Quis hominum poterit scire consilium Dei? aut quis poterit cogitare quid velit Deus? Cogitationes enim mortalium timidae, & incertae prouidentiae nostrae. Difficile æstimamus quæ in terra sunt, & quæ in prospectu sunt, inuenimus cum labore: quæ autem in cœlis sunt, quis inuestigabit? Sensum autem tuum quis sciet, nisi tu dederis sapientiam?

Vbi Deus vult, superatur natura ordo. Si enim voluit, potuit.

Chryso.

DE DEI AUXILIO: ET QVOD DEI fauore aspirante, imbecilles sint hominum insidiæ, ac pauci multos superant. CAP. LIIII.

DVANTO magis eos opprimebant, tanto magis multiplicantur. Dixit Dominus ad Moysen: Vidi afflictionem populi mei, qui est in Ægypto, & audiui clamorem eorum, propter duritiam eorum, qui operibus præsumunt: & sciens dolorem eius, descendi ut liberem eos, & educam de terra illa in terram fluentem lacte & melle.

Et dixit Balaam: De Aram adduxit me Balac rex Moab, dicens, Maledic Jacob, & detestare Israël. Quomodo maledicam, cui non maledixit Deus? Qua ratione detester, quem Dominus non detestatur?

Dixit Dominus ad Gedeon: Adhuc populus multus est, duc eos ad aquas, & ibi probabo illos: & de quo dixeris tibi ut tecum vadat, ipse pergat: quæ ego prohibuero, reuertatur. Cùmque descendisset populus ad aquas, dixit Dominus ad Gedeon, Qui lingua lambuerint aquas, sicut solent canes lambere, separabis eos seorsum: qui autem curuatis genibus biberint, in altera parte erunt. Fuit itaque numerus eorum, qui manu ad os proiciendo lambuerant aquas, trecenti viri. Omnis autem reliqua multitudo flexo poplite biberat. Et ait Dominus ad Gedeon: In trecentis viris, qui lambuerunt aquas, liberabo vos, & tradam in manu tua Madian.

Tulit Dauid baculum, quem habebat in manibus, & elegit sibi quinque lapidissimos lapides de torréte, & misit eos in peram pastorem, quam habebat secum, & fundam manu tulit, & processit aduersus Philistæum. Cùmque inspexisset Philistæus, & vidisset Dauid, desepxit eum: erat enim adolescens. Et dixit: Nun-